

assumptione huma-
nitatis in deo. **U**
nus omnino: non
confusione substan-
tie sed unitate per-
sone. **N**am sicut
anima rationalis
et caro unus
est homo: ita de-
us et homo unus
est christus. **Q**ui
passus est pro sa-
lute nostra: descen-
dit ad inferos: ter-
tia die resurrexit
a mortuis. **A**scen-
dit ad celos: se-
det ad dexteram
dei patris omnipo-
tentis: unde ven-
turus iudicare

uiuos et mortuos.
Ad cuius adue-
ntum omnes homi-
nes resurgere ha-
bent cum corpo-
ribus suis: et reddi-
turi sunt de factis
proprijs rationem.
Et qui bona e-
gerunt ibunt in vi-
tam eternam: qui
vero mala in i-
gnem eternum.
Hec est fides ca-
tholica: quam ni-
si quisque fideliter
firmiterque credi-
derit. saluus esse
non poterit.

Symbolum apostolorum

Credo in deum
patrem om-
nipotentē creato-
rem celi et terre.

Et in ih̄m xp̄m
filium eius unicum
dn̄m nr̄m. qui co-
ceptus est de spi-
ritu sancto nat⁹
ex maria virgine

Passus sub pon-
ticio p̄lato cruci-
fixus mortuus
et sepultus. **D**es-
cendit ad inferos
tertia die resur-
xit a mortuis
ascendit ad celos
sedet ad dexteram
dei patris om̄i-
potentis. inde

venturus iudica-
re viuos et mor-
tuos. **C**redo ī spi-
ritū sanctū. sanc-
tam ecclesiam ca-
tholicā. sanctorū
cōmunionē. re-
missionē pecca-
torū. carnis res-
urrectionē. vitam
eternā. Amen.

officium venerabilis
sacramenti in quintis ferijs.
quarta feria in vesp̄is Ant. et
psal. Feriales. Capit. Dñs Iesus.

R. Homo quidam fecit Coenam
magnum et misit seruum suum
hora cœnæ dicere inuitatis vt
venirent, Quia parata sunt oia.
V. Venite comedite panē meū
et bibite vinum, quod miscui vobis.
Quia. Gloria. Quia.

Hymnus

Pange lingua gloriosi corporis mys-
terium. Sanguinisq. pretiosi, Quem
in mundi pretium. Fictus ventris
generosi, Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus. Ex intacta
virgine, Et in mundo conuersatus,
Sp̄se verbi semine. Sui moras uico,
latus. Miro clausit ordine.

In suprema nocte cœnæ. Recumbens
cum fratribus. Obseruata lege plene
Cibis in legalibus. Cibum tibi duo-
dena, Se dat suis manibus.

Verbum caro panem verum. Verbo carnē
efficit. Atq. sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit. Ad firmandum
cor sincerum, Sola fides sufficit.

Hic genua flectitur.

Santum ergo sacramentum. Veneremur cernui:
Et antiquū documentū. Nouo cedat ritui:
Præstet fides supplementū. Sensuum defectui.